UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nvclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorvm quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Formula faciendi proclamationem pro Ordinando, n. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

Visual Library

Formula faciendi denunciationes pro ordinando.

Notum ſit Dilectioni Veſtræ, quod die N. Menſis N. fient ſacræ ordinationes in Eccleſia N. quodque N. N. filius N. Deo adiuuante intendat ſuſcipere ſacrum Ordinem N. titulo perpetui beneficij Eccleſiaſtici valoris annui quadraginta Dalerorum Colonienſium, quod ſub inuocatione ſeu ad Altare S. N. in Eccleſia N. loci N. Canonicè, verè ac pacificè, abſque vlla lite ſeu vitio obtinere dicitur. Quapropter admonemus omnes ac ſingulos, tàm hic præſentes, quàm abſentes, vt ſi quis ſciat aliquem defectum vel quoduis aliud ſubeſſe impedimentum, propter quod ille N. non debeat prædicto ſacro Ordine N. initiari, vel ſciat illum non legitimè, vel non pacificè beneficium ſupradictum poßidere, aut annuos ipſius beneficij reditus & obuentiones quotannis ad quadragin-

draginta daleros Colonienſes non accedere, hoc ipſum quamprimum Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Ordinatori, vel mihi indicet, idque admonemus primò, ſi fuerit prima; vel *ſecundò*, ſi fuerit ſecunda, vel *tertiò*, ſi fuerit tertia denunciatio.

Si ordinandus ſit aliquis abſque titulo Beneficij, omittantur in prædicta forma, quæ faciunt mentionem Beneficij.

Formula teſtimonialium per Paſtorem loci dandarum ſuper denunciationibus factis pro Ordinando.

XIV. *Vniuerſis ac ſingulis ad quos ſpectat notum facio, atque tenore præſentium teſtificor ego ſubſcriptus Paſtor Eccleſiæ Parochialis N. loci de N. Colonienſis Diœceſis, quod die N. Menſis N. Anni N. inter Miſſarum ſolemnia, dum frequens adeſ-*